

ventorūque vis prælucentem faciem extinxisset, non solum ipse cum sociis inter effusissimos imbres, nihil madefactus est, verum etiam inusitatum splendore, è suo corpore mirabiliter emicante, sociis inter densissimas tenebras iter monstravit. Abstinentiā, & patientiā, necnon abjectione, atque odio suo summopere præstitit. Necem fratris filio illatam imperturbato animo tulit, ac suos ab omni ulciscendi cupiditate compescuit, immò etiam pro interfectōribus opem, & misericordiam iudicium imploravit.

R. Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum. **V.** Et ad portas paradisi coronavit eum. **R.** Induit eum Dominus loriceam fidei, & ornavit eum. Et ad portas.

Lectio vj.

Pluribus in locis Clericorum Regularium Ordinem propagavit, eorumque domicilia Mediolani, & Placentiæ instituit. Illius operam Sanctus Carolus Borromeus, & Paulus de Arétio Clericus Regularis Cardinales, quibus erat acceptissimus, in Pastoralis muneris curis adhibuerunt. Deiparam virginem singulari amore, & cultu prosequabatur. Angelorum colloquio perfrui merevit, quos cum divinas laudes persolveret, è regione concinentes se audisse testatus est. Denique post heretica virtutum exempla, prophetiæ quoque dono illustris, quo & secreta cordium, & absentia, & futura prospexit, annis gravis, & laboribus fractus, ad Aram celebraturus, in verbis illis tertio repetitis: Introibo ad Altare Dei, repentino apoplexiæ morbo correptus est: mox Sacramentis ritè munitus, placidissimè inter suos animam efflavit. Ejus corpus Neapoli in Ecclesiā Sanc-

ti Pauli ad hæc usque tempora eo frequentissimo populi concursu colitur, quo fuit elatum. Illum denique insignibus in vita, & post mortem miraculis clarum, Clemens Undecimus Pontifex Maximus solenni ritu Sanctorum catalogo adscripsit.

R. Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrederere in requiem meam. **V.** Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. **R.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cælestia regna. Quia, Glòria Patri. Quia.

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Gregorii Papæ in Evangelium Sicut lumbi vestri, ut in Communi Confessoris non Pontificis. Ixi.

Pro SS. Tryphone, Respicio, & Nympha Martyribus.

Lectio ix.

Tryphon, Decio Imperatore, cum Jesu Christi fidem prædicans, omnes ad ejus cultum perducere conaretur, à Decii satellitibus comprehensus, primò equuleo torquetur, & unguis ferreis excarnificatur: deinde splimbibus pedibus candentibus clavis confixus, fustibus cæditur, & admotis facibus ardentibus adurit. Quæ cum omnia fortiter ferentem vidisset Respicio tribunus, ad Christi Dòmini fidem conversus, statim se Christianum esse palam professus est. Qui variè cruciatus unâ cum Tryphone raptur ad Jovis simulacrum: quæ statura, Tryphone orante, concidit. Quare plumbatis crudelissimè contusi, nobilissimum martyrium consecuti sunt quarto Idus Novembris. Eodem die virgo quædam, cui nomen Nympha, cum Jesum Christum verum esse Deum clarè voce testaretur, martyrii palmam ad virginitatis

tis coronam adiunxit.

Te Deum laudamus. 12.

In Laudibus fit Commemoratio SS. Tryphonis, Respicio, & Mart. Aña. Vestri capilli. **V.** Exultabunt. **R.** Latabuntur.

Oratio. Fac nos, ut supra. 720. Vesperæ de sequenti, Commemoratio præcedentis.

DIE XI. NOVEMBRIS.

In Festo Sancti Martini Episcopi & Confessoris. Duplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, xli. exceptis his quæ hic ponuntur.

Ad Vesperas, Antiphona. Dixerrunt discipuli, cum reliquis de Laudibus. 720. Psalmus. Dixit Dominus, cum reliquis ut in Communi Apostolorum. j.

Capitulum.

Eccli 44. e

Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inventus est justus: & in tempore iracundiæ factus est reconciliatus.

Hymnus.

Iste Confessor Dòmini, colentes Quem pie laudant populi per orbem,

Hac die lætus meruit beatas Scandere sedes.

Qui pius, prudens, humilis, pudicus, Sobriam duxit sine labe vitam, Donec humanos animavit auræ Spiritus artus.

Cujus ob præstans meritum, frequenter, Ægra quæ passim jacuere membra,

Viribus morbi dõmitis, salutè Restituuntur.

Noster hinc illi chorus obsequentem Concinit laudem, celebrésque palmas,

Ut piis ejus precibus juvemur Omne per ævum.

Sit salus illi, decus, atque virtus Qui super cœli sòlio coruscans, Totius mundi seriem gubernat Trinus & unus. Amen. **V.** Amavit eum Dominus, & ornavit eum. **R.** Stolam gloriæ induit eum.

Ad Magnificat, Antiphona.

O beatum virum, cujus anima paradisum possidet: undè exultant Angeli, lætantur Archangeli, chorus Sanctorum proclamat, turba virginum invitat, Manè nobiscum in æternum.

Oratio.

DEus, qui conspicias, quia ex nulla nostra virtute subsistimus: concede propitius; ut intercessionè beati Martini Confessoris tui atque Pontificis contra omnia adversa muniamur. Per Dòminum.

Et fit Commemor. Sancti Andreæ Avellini Confessoris, Aña. Hic vir despicens mundum, & terræna, triumphans divitiis cælo cõdidit ore, manu. **V.** Justum deduxit Dòminus per vias rectas. **R.** Et ostendit illi regnum Dei.

Oratio. Deus, qui in corde, ut supra. 720.

Deinde Sancti Mennæ Martyris.

Aña. Iste Sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, & à verbis impiõrum non timuit: fundatus enim erat supra firmam petram. **V.** Gloriā & honore coronasti eum Dòmine. **R.** Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Oratio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus; ut qui beati Mennæ Martyris tui natalitia colimus, intercessionè ejus in tui nominis amore roborèmur. Per Dòminum.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Laudamus Deum nostrum, in confessionè beati Martini. Psal-

mus. Venite, exultemus. **r.** *Hymn.*
Iste Confessor, ut sup. 723.
In primo Nocturno, Antiphona.
Martinus adhuc catechumenus hæc
me veste contexit.

Psalms 1.

BEatus vir, qui non abiit in
consilio impiorum, & in via
peccatorum non stetit, * & in cã-
thedra pestilentie non sedit:

Sed in lege Domini voluntas ejus,*
& in lege ejus meditabitur die ac
nocte.

Erit tamquam lignum, quod
plantatum est secus decursus aquã-
rum, * quod fructum suum dabit
in tempore suo:

Et folium ejus non defluet: * &
omnia quaecumque faciet, prospera-
buntur.

Non sic impij, non sic: * sed tam-
quam pulvis, quem projicit ventus
a facie terræ.

Ideo non resurgent impij in judi-
cio: * neque peccatores in concilio
justorum.

Quoniam novit Dominus viam justo-
rum: * & iter impiorum peribit.

Antiphona. Martinus adhuc cate-
chumenus hæc me veste contexit.

Antiphona. Sancte Trinitatis fidem
Martinus confessus est, & baptismi
gratiam percipit.

Psalms 2.

Quare fremuerunt Gentes, * &
pópuli meditati sunt inania?
Asiterunt reges terræ, & principes
convenérunt in unum * adversus Do-
minum, & adversus Christum ejus.

Dirumpamus vincula eorum: * &
projiciamus a nobis jugum ipsorum.

Qui habitat in cœlis irridébit
eos: * & Dominus subsannabit
eos.

Tunc loquétur ad eos in ira sua, *
& in furore suo conturbabit eos.

Ego autem constitutus sum rex

ab eo super Sion montem sanctum
ejus, * predicans præceptum ejus.

Dominus dixit ad me: * Filius
meus es tu, ego hodie genui te.

Póstula a me, & dabo tibi Gentes
hereditatem tuam, * & possessionem
tuam terminos terræ.

Reges eos in virga férrea, * &
tamquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite: * erudi-
mini qui judicatis terram.

Servite Domino in timóre: * &
exultate ei cum tremóre.

Apprehéndite disciplinam ne-
quando irascatur Dominus, * &
pereatis de via justa.

Cum exarserit in brevi ira ejus, *
beati omnes, qui confidunt in eo.

Antiphona. Sancte Trinitatis fidem
Martinus confessus est, & baptismi
gratiam percipit.

Antiphona. Ego signo crucis, non
clypeo protectus, aut galea, hós-
tium cuneos penetrabo securus.

Psalms 3.

Domine quid multiplicati sunt
qui tribulant me? * multi in-
surgunt adversum me.

Molti dicunt anime meæ: * Non
est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem Domine susceptor meus
es, * gloria mea, & exaltans caput
meum.

Voce meã ad Dominum clamavi: *
& exaudivit me de monte sancto
suo.

Ego dormivi, & soporatus sum: *
& exurrexi, quia Dominus suscep-
sit me.

Non timébo millia pópuli circum-
dantis me: * exurge Domine, sal-
vum me fac Deus meus.

Quoniam tu percussisti omnes ad-
versantes mihi sine causa: * den-
tes peccatorum contrivisti.

Dominus est salus: * & super póp-
ulum tuum benedictio tua.

Añã. Ego signo crucis, non clypeo
pro-

protectus, aut galea, hóstium cú-
neos penetrabo securus. **Y.** Amã-
vit eum Dominus, & ornávit eum.

R. Stolum gloriæ induit eum. Pater
noster. **Absolutio.** Exaudi Domine.

Y. Jube domne. **Benedictio.** Bene-
dictione perpétua.

De Epistola prima beati Pauli
Apostoli ad Timotheum.

Lectio i.

Cap. 3.

Fidélis sermo: Si quis Epis-
copatum desiderat, bonum
opus desiderat. Opórtet ergo Epis-
copum irreprehensibilem esse, unius
uxoris virum, sóbrium, prudén-
tem, ornatum, pudicum, hospita-
lem, doctorem, non violéntum,
non percussorem, sed modéstum,
non litigiosum, non cupidum, sed
sue domui benè præpositum, filios
habentem súbditos cum omni casti-
tate. Si quis autem domui sue præ-
esse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei
diligentiam habébit? Non neophy-
tum: ne in superbiam elatus, in
judicium incidat diaboli. Opórtet
autem illum & testimoniùm habé-
re bonum ab iis, qui foris sunt, ut
non in opprobrium incidat, & in
laqueum diaboli.

R. Hic est Martinus electus Dei
Pontifex, cui Dominus post Apó-
stolos tantam gratiam conferre dig-
natus est, * Ut in virtute Trinitatis
desicce mereretur fieri trium
mortuorum susceptor magnificus.

Y. Sancte Trinitatis fidem Marti-
nus confessus est. Ut in virtute
Trinitatis. **Benedictio.** Unigenitum
Dei Filium.

De Epistola ad Titum.

Lectio ij.

Cap. 1. b

Opórtet enim Episcopum ante
crimine esse, sicut Dei dis-
pensatorem: non superbum, non
iracundum, non violéntum, non
percussorem, non turpis lucrí cu-
pidum: sed hospitalem, benignum,

sóbrium, justum, sanctum, con-
tinentem, amplectentem eum, quí
sectandam doctrinam est, fidélem
sermónem: ut potens sit exhor-
tari in doctrina sana, & eos, qui
contradiunt, arguere. Sunt enim
multi etiam inobediéntes, vanilo-
qui, & seductores: maxime qui de
circumcisione sunt: quos opórtet
redargui: qui universas domos sub-
vertunt, docentes quæ non opórtet,
turpis lucrí gratia.

R. Domine, si adhuc pópulo tuo
sum necessarius, non recuso subire
propter eos laborem: * Fiat vo-
luntas tua. **Y.** Oculis ac manibus
in cœlum semper intentus, invic-
tum ab oratione spiritum non re-
laxabat. **Benedictio.** Spiritus
sancti gratia.

Lectio iij.

Cap. 2.

TU autem loquere quæ decent
sanam doctrinam: Senes ut
sóbríi sint, pudici, prudentes,
sani in fide, in dilectione, in pati-
entia: Anus similiter in habitu
sancto, non criminatrices non
multo vino servientes, benè do-
centes, ut prudentiam doceant
adolescéntulas, ut viros suos ament,
filios suos diligant, prudentes, cas-
tas, sóbrias, domus curam habén-
tes, benignas, súbditas viris suis,
ut non blasphemetur verbum Dei.
Júvenes similiter hortare ut sóbríi
sint. In ómnibus teipsium præbe
exemplum bonorum óperum, in
doctrina, in integritate, in gravi-
tate, verbum sanum, irreprehen-
sibile: ut is, qui ex adverso est,
vereatur, nihil habens malum dícere
de nobis.

R. O beatum virum Martinum
Antistitem, * Qui nec mori ti-
muit, nec vivere recusavit. **Y.** Do-
mine, si adhuc pópulo tuo sum
necessarius, non recuso laborem:

fiat volúntas tua. Qui nec. Glória Patri. Qui nec.

In secúndo Nocturno, Antiphona. Confido in Dómino, quòd filia meæ præcibus tuis reddénda sit sanitati. **Psalmus 4.**

Cum invocárem exaudivit me Deus justitiæ meæ: * in tribulatione dilatásti mihi.

Miserére mei, * & exáudi orationem meam.

Filii hóminum úsquequò gravi corde? * ut qui diligitis vanitatem, & queritis mendárium?

Et scitote quóniam mirificávit Dóminus sanctum suum: * Dóminus exáudiet me cùm clamávero ad eum.

Inscimini, & nolite peccáre: * quæ dicitis in córdibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificáte sacrificium justitiæ, & speráte in Dómino. * Multi dicunt: Quis osténdit nobis bona?

Signátum est super nos lumen vultus tui Dómine: * dedisti lætítiam in corde meo.

A fructu fruménti, vini, & ólei sui, * multiplicáti sunt.

In pace in idípsum * dormiam, & requiescam.

Quóniam tu Dómine singulariter in spe * constituisti me.

Antiphona Confido in Dómino, quòd filia meæ præcibus tuis reddénda sit sanitati.

Antiphona Tetrádus, cónnitá Dei virtúte, ad baptismi gratiam pervénit.

Psalmus 5.

Verba mea áuribus pèrcepe Dómine, * intéllige clamórem meum.

Inténde voci orationis meæ, * rex meus, & Deus meus.

Quóniam ad te orábo: * Dómine mané exáudies vocem meam.

Mané astábo tibi, & vidébo: *

quóniam non Deus volens iniquitatem tu es.

Neque habitábit juxta te malignus: * neque permanébunt injusti ante óculos tuos.

Odísti omnes, qui operántur iniquitatem: * perdes omnes, qui loquúntur mendárium.

Virum sánguinem & dolósum abominábitur Dóminus: * ego autem in multitudine misericórdiæ tuæ.

Introibo in domum tuam: * adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.

Dómine deduc me in justitia tua: * propter inimicos meos dirige in conspéctu tuo viam meam.

Quóniam non est in ore eórum veritas: * cor eórum vanum est.

Septúchrum patens est guttur eórum, línguis suis dolosè agébant, * júdica illos Deus.

Décidant ac cogitationibus suis, secúndum multitudinem impietátum eórum expélle eos, * quóniam irri-torénte te Dómine.

Et læténtur omnes, qui sperant in te, * in ætérnum exultábunt: & habitábis in eis.

Et gloriábúntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, * quóniam tu benedices justo.

Dómine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ * coronásti nos.

Añá. Tetrádus, cónnitá Dei virtúte, ad Baptismi gratiam pervénit.

Añá. O ineffáblem virum, per quem nobis tanta mirácula coruscant.

Psalmus 8.

Dómine Dóminus noster, * quàm admirábile est nomen tuum in univérsa terra!

Quóniam eleváta est magnificéntia tua * super cælos.

Ex ore infántium & lacténtium perfecisti laudem propter inimicostuos, * ut destruas inimicum & ultórem.

Quò-

Quóniam vidébo cælos tuos, ópera digitorum tuórum: * lunam & stellas, quæ tu fundásti.

Quid est homo, quòd memor es ejus? * aut filius hóminis, quóniam visitas eum?

Minuisti eum paulò minùs ab Angelis, glóriá & honóre coronásti eum: * & constituisti eum super ópera mánuum tuárum.

Omnia subiecisti sub pédibus ejus, * oves & boves univérsas: in super & pécora campi.

Vólucres cæli, & pisces maris, * qui perambulánt sémitas maris.

Dómine Dóminus noster, * quàm admirábile est nomen tuum in univérsa terra!

Antiphona. O ineffáblem virum, per quem nobis tanta mirácula coruscant. **V.** Elégit eum Dóminus sacerdotem sibi. **R.** Ad sacrificándum ei hóstiam laudis. Pater noster. **Abolutio.** Ipsius pietas. **V.** Ju-be domne. **Benedictio.** Deus Pater omnipotens.

Lectio iv.

Martínus, Sabárie in Pan-nónia natus, cùm decimúm attigisset annum, in vitis paréntibus ad Ecclesiám confugiens, in catechumenórum número adscribi voluit. Quindecim annos natus in militiam profectus, primúm in Constantii, deinde Juliáni exercitu militávit. Qui cùm nihil haberet præter arma, & vestiméntum quo tegebátur, Ambiani, páuper ac nudo ab eo peténti, ut Christi nómine sibi elemósynam tribúeret, partem chlamýdis dedit. Cui sequénti nocte Christus dimidiáta illa veste indutus apparuit, hanc mittens vocem: Martinus catechúmenus hác me veste contéxit.

R. Oculis ac máribus in cælum semper inténtus, * Invictum ab

oratione spiritum non relaxábat. **V.** Dum Sacraménta offerret beátus Martinus, globus igneus apparuit super caput ejus. Invictum ab oratione. **Benedictio.** Christus perpetue.

Lectio v.

Decem & octo annos cùm haberet, baptizátus est. Quare relictá militári vitá, ad Hilárium Pictaviénsém Episcopum se contulit, à quo in Acolythórum número redactus est. Post factus Episcopus Turonénsis, Monastérium ædificávit, ubi cum octoginta Mónachis sanctissimè aliquándum vixit. Qui cùm póstea ad Candacénsém vicum suæ Diocésis in gravem febriem incidisset, assidua Deum oratione precabátur, ut se ex illo mortáli cárcere liberáret. Quem audiétes discipuli, sic rogábant: Cur nos pater deséris? cui nos miseros derelinquit? Quorum voce commótus Martinus, ita Deum orábat: Dómine, si adhuc pópolo tuo sum necessarius, non recuso labórem.

R. Beátus Martinus óbitum suum longè antè præscivit, dixitque frátribus, * Dissolutionem sui corpóris imminere, quia judicábat se jam resólví. **V.** Viribus corpóris cepit repénitè destitui, convocatis discipulis dixit. Dissolutionem. **Benedictio.** Ignem sui amóris.

Lectio vi.

Sed cùm eum in illa veheménti febre supinum orántem vidérent discipuli, suppliciter ab eo petierunt, ut converso corpóre, tantisper dum remitteret morbi vis, pronus conquiesceret. Quibus Martinus, Sinite me, inquit, cælum pótius quam terram aspiciere, ut suo jam itinere iturus ad Dóminum spiritus dirigáret. Instánte jam morte, viso húmani géneris hoste,

Zz 4

Quid,

Quid, inquit, astas eruénta bestia? nihil in me funestè reperies. Eà in voce, unum & octoginta annos natum, animam Deo reddidit: quam Angelòrum chorus excèpit, eosque divinas canentes laudes multi, in primisque Sanctus Severinus Coloniensis Episcopus, audièrunt.

R. Dixerunt discipuli ad beatum Martinum: Cur nos pater deseris, aut cui nos desolatòs reliquisti? Invadent enim gregem tuum lupi rapaces. **V.** Scimus quidem desiderare te Christum, sed salva sunt tibi tua prœmia, nostri potiùs miserere, quos deseris. Invadent. Glòria Patri. Inyadent.

In tertio Nocturno, Antiphona.

Dóminus Jesus Christus non purpuratum, aut diademate renitentem se venturum esse prædixit.

Psalmus 18.

In Dómino confido: quómòdo dictis animæ meæ: * Tránsnigra in montem sicut passer?

Quóniam ecce peccatóres intendèrunt arcum, paravèrunt sagittas suas in phàretra, * ut sagittent in obscuro rectos corde.

Quóniam quæ perfectisti, destruxèrunt: * justus autem quid fecit?

Dóminus in templo sancto suo, * Dóminus in cœlo sedes ejus.

Oculi ejus in pauperem respiciunt: * palpebræ ejus interrogant filios hominum.

Dóminus interrogat justum & impium: * qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.

Pluet super peccatóres læqueos: * ignis, & sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eòrum.

Quóniam justus Dóminus, & justitias dilexit: * æquitatem vidit vultus ejus.

Añs. Dóminus Jesus Christus non purpuratum, ut diademate renitentem se venturum esse prædixit.

Antiphona. Sacerdos Dei Martine, apèrti sunt tibi cœli, & regnum Patris mei.

Psalmus 14.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? * aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine mácula, * & operatur justitiam:

Qui loquitur veritatem in corde suo, * qui non egit dolum in lingua sua:

Nec fecit próximo suo malum, * & opprobrium non accepit adversus próximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus: * tímèntes autem Dóminum glorificat:

Qui jurat próximo suo, & non decipit, * qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & múnera super innocentem non accepit:

Qui facit hæc, * non movèbitur in ætèrnum.

Antiphona. Sacerdos Dei Martine, apèrti sunt tibi cœli, & regnum Patris mei.

Antiphona. Sacerdos Dei Martine, pastor egrègie, ora pro nobis Deum.

Psalmus 20.

Domine in virtute tua lætábitur rex: * & super salutàre tuum exultábit vehementer.

Desiderium cordis ejus tribuisti ei: * & voluntate labiòrum ejus non fraudasti eum.

Quóniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: * posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

Vitam petiit à te: * & tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum, & in sæculum sæculi.

Magna est glòria ejus in salutari tuo: * glòriam & magnum decorem impones super eum.

Quóniam dabis eum in benedictionem

nem

nem in sæculum sæculi: * lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

Quóniam rex sperat in Dómino: * & in misericordia Altissimi non commovèbitur.

Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis, * dextera tua inveniat omnes, qui te odèrunt.

Pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui: * Dóminus in ira sua conturbábit eos, & devorábit eos ignis.

Fructum eòrum de terra perdes: * & semen eòrum à filiis hominum.

Quóniam declinavèrunt in te mala: * cogitavèrunt consilia, quæ non potuèrunt stabilire.

Quóniam pones eos dorsum: * in reliquiis tuis præparabis vultum eòrum.

Exaltàre Dómine in virtute tua: * cantábimus & psallèmus virtutes tuas.

Antiphona. Sacerdos Dei Martine, pastor egrègie, ora pro nobis Deum. **V.** Tu es sacerdos in ætèrnum. **R.** Secundum ordinem Melchisedech. Pater poster. **Absolutio.** A vinculis. **V.** Jube domne.

Benedictio. Evangélica lectio. **Lectio** sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nemo lucernam accendit, & in abscondito ponit, neque sub módio, sed super candelabrum: ut qui ingrediuntur, lumen videant. Et reliqua.

Homilia Sancti Ambrósii Episcopi. **Lib. 7. Comment. in Luc. in cap. 11. post initium.**

Quia in superioribus Ecclesiam synagoga prætulit, hortábitur nos, ut fidem potiùs nostram ad Ecclesiam transferámus. Lucerna enim fides est, juxta quod scriptum est: Lucer-

na pèdibus meis verbum tuum, Dómine. Verbum enim Dei fides nostra est: verbum Dei lux vera, Lucerna est fides. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Lucerna autem lucere non potest, nisi aliunde lumen accèperit.

R. O beatum virum, in cujus transitu Sanctorum canit númerus, Angelòrum exultat chorus, Omniumque cœlestium Virtutum occurrunt psallentium exercitus. **V.** Ecclesia virtute roboratur, sacerdotes Dei revelatione glorificantur, quem Michael assumpsit cum Angelis. Omniumque. **Benedictio.** Cujus festum colimus.

Lectio viij.

Hæc est lucerna quæ accenditur, virtus scilicet nostræ mentis & sensus, ut drachma illa possit, quæ perierat, reperiri. Nemo ergo intra mensuram est, ultra mensuram grátia: loca obumbrat, grátia clarificat. Et idèd nemo fidem suam intra mensuram legis includat, sed ad Ecclesiam cónferat, in qua septiformis Spiritus relucet grátia, quam princeps ille sacerdotum fulgore supæne divinitatis illuminat, ne eam legis umbra restringat. Dénique lucerna illa, quam matutinis vesperinisque temporibus, ritu veteri, Judæorum princeps sacerdotum solèbat accendere, velut sub módio sita legis evanuit: & civitas illa Jérusalem, quæ in terris est, quæ occidit Prophetas, quasi in convalescentis pòsita delitescit: illa autem Jérusalem, quæ in cœlo est, in qua militat fides nostra, in illo altissimo omnium locatà monte, hoc est Christo, non potest tenebris & ruinis hujus mundi abscondi, sed fulgens candore solis æterni, luce nos grátia spiritalis illuminat.

R.

R. Martinus Abrahæ sinu lætus ex-
cipitur: Martinus hic pauper & mô-
dicus, * Cœlum dives ingreditur,
hymnis cœlestibus honoratur.
V. Martinus Episcopus migravit à
seculo: vivit in Christo gemma sacer-
dotum. Cœlum dives. Gloria
Patri. Cœlum dives. **Benedic-
tio.** Ad societatem.

Pro Sancto Menna Martyre.

Lectio ix.

Menna Ægyptius, Christiā-
nus miles, in persecutiō-
ne Diocletiani & Maximiani Im-
peratorum, cūm penitentiæ cau-
sā in solitudinem secessisset, no-
tālī die Imperatorum, qui in
pulpis cœlebrī spectaculo tenebā-
tur, in theatrum prosiens, liberā
voce Gentilium superstitionem in-
sectabatur. Quāmobrem compre-
hensus, & Pyrrho preside, in Me-
trōpoli Cottiensium Phrygiæ vinc-
tus, lorīs crudeliter cœditur: dein-
de equitē tortus, lampādibus ar-
dentibus ad corpus admōtis, plagis
que cilicio conficatis, tum per tribu-
los, & virgas fœreas manibus ac
pedibus colligatis tractus, plumbā
etiam contusus, demum gladio
interficitur, in ignemque conjicitur.
Corpus inde à Christianis erēptum
sepultum est, ac postea Constanti-
nopolim translatum.

Te Deum laudamus. 12.

A D L A U D E S,

& per Horas, Antiphona.

Dixerunt discipuli ad beatum
Martinum: Cur nos pater de-
seris? aut cui nos desolatos relin-
quis? invadent enim gregem tuum
lupi rapaces. **Psalmus.** Dominus
regnavit, cum reliquis. 13. **Anti-
phona.** Domine, si adhuc pōpulo
tuo sum necessarius, non recuso
laborem, fiat voluntas tua. **Anti-
phona.** O virum ineffabilem, nec
labore victum, nec morte vincen-

dum, qui nec mori timuit, nec vi-
vere recusavit. **Antiphona.** Oculis
ac manibus in cœlum semper intēn-
tus, invictum ab oratione spirituum
non relaxabat, alleluia. **Antiphona.**
Martinus Abrahæ sinu lætus
excipitur, Martinus hic pauper &
mōdicus, cœlum dives ingreditur,
hymnis cœlestibus honoratur.

Capitulum. Eccli 44. c

Ecce sacerdos magnus, qui in
diebus suis placuit Deo, & in-
ventus est justus: & in tempore ira-
cundiæ factus est reconciliatio.

Hymnus.

Jesu Redemptor omnium,
Perpes corōna Præsulum,
In hac die clemētiūs
Indulgeas precāntibus.
Tui sacri qua nōminis
Confessor almus claruit:
Hujus celebrat annua
Devōta plebs solēnnia.
Qui ritē mundi gaudia
Hujus cadūca respuens,
Æternitatis præmio.
Potitur inter Angelos.
Hujus benignus annue
Nobis sequi vestigia:
Hujus precātu servulis
Dimitte noxam criminis.
Sit Christe Rex piissime
Tibi, Patrique gloria,
Cum Spiritu Paraclyto,
Nunc, & per omne sæculum.
Amen.

V. Justum deduxit Dominus per
vias rectas. **R.** Et ostendit illi reg-
num Dei.

Ad Benedictus, Antiphona.

O beatum virum, cujus anima para-
disum possidet: undē exultant Angeli,
lætantur Archangeli, chorus Sanc-
torum proclamāt, turba Virginum
invitat, Mane nobiscum in ætēnum.

Oratio

Deus, qui cōspicis, quia ex
nulla nostra virtute subsisti-
mus:

mus: concede propitius; ut inter-
cessiōne beati Martini Confessoris
tui atque Pontificis contra omnia
advērsa muniāmur. Per Dōminum.

**Et fit Commemoratio S. Mennæ
Martyris, Antiphona.** Qui odit
ānimam suam in hoc mundo, in
vitam ætēnam custodit eam. **V.** Jus-
tus, ut palma florēbit. **R.** Sicut
cedrus Libani multiplicabitur. **Ora-
tio.** Præsta quæsumus omnipotens,
ut supra. 723.

Ad Tertiam, Antiphona. Dōmi-
ne, si adhuc. **Capitulum.** Ecce sa-
cerdos magnus, ut supra.

R. Amavit eum Dōminus, * Et
ornavit eum. Amavit. **V.** Stolam
gloriæ induit eum. Et ornavit.
Gloria Patri. Amavit. **V.** Eligit
eum Dōminus sacerdotem sibi.
R. Ad sacrificandū ei hōstiam
laudis.

Ad Sextam, Antiphona.

O virum ineffabilem.

Capitulum. Eccli 44. c

Non est inventus similis illi,
qui conservaret legem Excēl-
si: ideo iurejurando fecit illum Dō-
minum crescere in plebem suam.

R. br. Eligit eum Dōminus * Sa-
cerdotem sibi. Eligit. **V.** Ad sacri-
ficandū ei hōstiam laudis. Sacer-
dotem. Gloria Patri. Eligit. **V.** Tu
es sacerdos in ætēnum. **R.** Secū-
dum ordinem Melchisedech.

Ad Nonam, Antiphona.

Martinus Abrahæ sinu.

Capitulum. Eccli 45. c

Fungi sacerdotio, & habere lau-
dem in nōmine ipsius, & offer-
re illi incensum dignum in odorem
suavitatis.

R. br. Tu es sacerdos * In ætē-
num. Tu es sacerdos. **V.** Secūndum
ordinem Melchisedech. In ætēnum.
Gloria Patri. Tu es. **V.** Justum
deduxit Dōminus per vias rectas.
R. Et ostendit illi regnum Dei.

Ad Vesperas, Antiphona. Dix-
erunt discipuli, cum reliquis de Lau-
dibus. 730. **Psalmus.** Dixit Dōmi-
nus, cum reliquis de Dominica, 94.
& loco ultimi. **Psalmus.** Memento
Dōmine, 108. **Capitulum.** Ecce sa-
cerdos. **Hymnus.** Iste Confessor,
723. **V.** Justum deduxit Dōminus
per vias rectas. **R.** Et ostendit illi
regnum Dei.

Ad Magnificat, Antiphona.

O beatum Pontificem, qui totis vis-
ceribus diligebat Christum Regem,
& non formidabat impērii principa-
tum: o sanctissima anima quam etsi
gladius persecutorum non abstulit,
palmam tamen martyrii non amisit.

**Deinde fit Commemoratio Sancti
Martini Papæ & Martyris, Anti-
phona.** Iste sanctus pro lege Dei sui
certavit usque ad mortem, & a ver-
bis impiōrum non timuit: fundatus
enim erat supra firmam petram.
V. Gloria & firmæ coronasti eum
Dōmine. **R.** Et constituisti eum su-
per ōpera manuum tuarum.

Oratio.

Deus, qui nos beati Martini
Martyris tui atque Pontificis
annua sollemnitate lætificas: concē-
de propitius; ut cujus natalitia cō-
limus, de ejusdem etiam protectiō-
ne gaudeāmus. Per Dōminum.

DIE XII. NOVEMBRIS.

**In Festo S. Martini Papæ & Mar-
tyris. Semiduplex.**

**Omnia de Communi unius Mar-
tyris. xvij. præter sequentia.**

**In prima Nocturno, Lectiones de
Scriptura occurrente.**

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Martinus, Tuderti in Um-
bria natus, initio Pontificā-
tūs & literarū, & legationibus
missis ōperam dedit, ut Paulum
Cons-

Constantinopolitanum Patriarcham à nefaria hæresi ad Catholicam fidei veritatem revocaret. Qui Constante Imperatore hæretico fretus, eò amantia progressus fuerat, ut Sedes Apostolica Legatos varie in insulas relegarit. Quo eïus scelere commotus Pontifex, coacto Romæ Concilio centum quinque Episcoporum, eum condemnavit.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & a seductoribus tutavit illum: **V.** Et dedit illi claritatem æternam. **V.** Descenditque cum illo in foveam: & in vinculis non dereliquit eum. **Et.**

Lectio v.

Quæ causa fuit Constanti mittendi in Italiam Olympium Exarchum, ut Martinum Pontificem interficiendum, aut ad se perdendum curaret. Igitur Olympius Romam veniens licetõ mandati, ut Pontificem, dum in Basilica Sanctæ Mariæ ad Præseppe Missarum sollemniter celebraret, occideret. Quod ubi licitor aggrèditur, cæcus repente factus est.

R. Desiderium animæ ejus tribuisti ei Domine, **V.** Et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum. **V.** Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Et voluntate.

Lectio vi.

Constanti autem Imperatori ex eo tempore multæ calamitates incidérunt, quibus nihilo melior factus, Theodorum Calliopam ad Urbem mittens imperat, ut Pontifici manus injiciat. A quo per fraudem captus Martinus, & Constantinopolim perductus, deinde in Chersonesum relegatus, deinde in Chersonesum relegatus, ibi ob Catholicam fidem æternis confectus, pridie Idus Novembris cessit à vita, clarus miraculis: ejus corpus Romam postea

translatum, in Ecclesia conditum est, quæ Sanctorum Sylvæstri & Martini nomine dedicata erat. Præfuit Ecclesiæ annos sex, mensem unum, dies viginti sex. Hæbuit Ordinationis duas mense Decembri, quibus creavit Presbyteros undecim, Diaconos quinque, Episcopos per diversa loca triginta tres.

R. Stola jucunditatis induit eum Dominus: **V.** Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus. **V.** Cibavit illum Dominus pane vitæ & intellectus: & aqua sapientiæ salutaris potavit illum. Et coronam, Gloria Patri. Et coronam.

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Gregorii Papæ in Evangelium Si quis venit ad me, ut in Communi unius Martyris. xxliij.

R. viij. Domine prævenisti.

In secundis Vesperis à Capitulo de sequenti, cum Commemoratione S. Martini Papæ & Martyris.

DIE XIII. NOVEMBRIS.

In Festo S. Didaci Confessoris, Semiduplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, lv. præter sequentia.

In Hymno Iste Confessor, mutatur tertius Versus.

Oratio.

Omnipotens sempiternè Deus, qui dispositione mirabili infirma mundi eligis, ut fortia quæque confundas: concede propitius humilitati nostræ; ut piis beati Didaci Confessoris tuis precibus ad perennem in cælis gloriam sublimari mereamur. Per Dominum.

Deinde fit Commemor. S. Martini Papæ & Martyris.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Didacus Hispanus ex oppido Sancti Nicolai de Porto Dica-

cè-

cæsis Hispalensis, ab ineunte ætate, pii sub Sacerdotis disciplina sanctionis vitæ, solitaria in Ecclesia tyrocinium exercuit. Deinde ut firmitus, Deo se conjungeret, in Conventu de Arizata Fratrum Minorum, quos Observantes vocant, Sancti Francisci regulam in statu laicali professus est. Magna ibi alacritate humilis obedientiæ, & regularis observantiæ jugum subiens, contemplationi in primis deditus, miræ Dei luce perfundebatur, adeo, ut de rebus cœlestibus, litterarum expertus, mirandum in modum, & planè divinitus loqueretur.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & a seductoribus tutavit illum: **V.** Et dedit illi claritatem æternam. **V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit.

Lectio v.

CAnariis in Insulis, ubi Fratribus sui Ordinis præfuit, multa per pessus, martyrii æstuans desiderio, plures infideles verbo, & exemplo ad Christi fidem convertit. Romam veniens anno Jubilei, Nicolao Quinto Pontifice, ægrotorum curæ in Conventu Ara cœli destinatus, eo charitatis affectu manus hoc exercuit, ut Urbe annona inopiâ laborante, agroribus tamen, quorum aliquando ulcera etiam lambendo abstergebat, nihil penitus necessarii defecerit. Eximia quoque fides, & gratia curationum in eo eluxit, cum lampadis, quæ collucebat ante imaginem beatissimæ Dei Genitricis, quam summæ devotione colèbat, oleo ægros intingens, signo crucis impresso, multorum morbos mirabiliter sanaverit. **R.** Amavit eum Dominus & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum, **V.** Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dominus lori-

cam fidei, & ornavit eum. Et ad.

Lectio vi.

Demum Comploti finem sibi vitæ adesse intelligens, lacerata, & obsolèta indutus tunica, conjectis in crucem oculis, singulari devotione illis verbis ex sacro hymno pronuntiatis: Dulce lignum, dulces clavos, dulcia ferens pondera, quæ fuisse digna portare Regem cœlorum, & Dominum; animam Deo reddidit, pridie Idus Novembris, anno Domini supra millesimum quadringentesimo sexagesimo tertio. Ejus corpus cum mensis non paucos, ut pio confluentium desiderio fieret satis, in sepulchrum mandisset, quasi jam in corruptionem incidèret, odorem suavissimum affavit. Illum multis, & illustribus miraculis clarum Xystus Quintus Pontifex Maximus Sanctorum numero adscripsit.

R. Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrederè in requiem meam: **V.** Quia te vidì justum coram me ex omnibus gentibus. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Quia te. Gloria Patri. Quia te.

In tertio Nocturno Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri in Evangelium Nolite timere pusillus grex, de Communi Confessoris non Pontificis, lxxv.

DIE XV. NOVEMBRIS.

In Festo S. Gertrudis Virginis Duplex.

Omnia de Communi Virginum, lxxvij. præter sequentia. Oratio.

Deus, qui in corde beate Gertrudis Virginis jucundam tibi mansionem preparasti: ipsius meritis, & intercessionis cordis nostri maculas clementer absterge, & ejusdem tribue gaudere consortio. Per Dominum.

In

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Getrudis Islebit in Saxonia nobili genere nata, quinqueennis in Monasterio Rodardensi, Ordinis Sancti Benedicti, virginitatem suam, ac seipsam Jesu Christo obtulit. Quo ex tempore à mundanis rebus prorsus aliena, virtute sedulo intenta, cœlestis vite genus instituit. Ad humaniorum litterarum notitiam, rerum divinarum cognitionem adjunxit: quarum meditatione vehementius ad virtutem incensa, brevi christianam perfectionem adeptæ est. De Christo, ejusque vite mysteriis sæpenumero pio cum animi sensu loquebatur: unamque Dei gloriam cogitans, ad illam vota sua omnia & actiones referebat. Quamvis autem multis eximiis naturæ & gratiæ donis à Deo aucta esset, ita tamen sibi ipsa vilescibat, ut inter præcipua divinæ bonitatis miracula hoc item memoraret, quod se indignissimam misericorditer sustineret.

R. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: * Et dedit te mirabiliter dextera tua.
V. Spécie tuâ & pulchritudine tuâ intendere, prospere procedere, & regna. Et dedit.

Lectio v.

Rigésimum ætatis annum agens, primùm Rodardensis Monasterii, ubi religiosam vitam esse professæ, deinde Elpediani præses electa, quadraginta annorum spatio, eâ charitate, prudentiâ, & regulari disciplina studio munus obvit, ut Cœnobium religiosæ perfectionis domicilium videretur. Utrobique verò licet esset omnium mater & magistra, omnium tamen minima haberi volebat, ac demissione pari minis-

tram se exhibebat. Quo liberius Deo vacaret, vigiliis, abstinentiâ, aliisque cruciatibus corpus afflixit, semperque sui similis, morum innocentiam, mansuetudinem, ac patientiam prætulit singularem. Proximorum salutem omni ope studuit, piaque curæ copiosum fructum retulit. Divini amoris vi, frequenter patiebatur extases: altissimæque contemplationis, & divinæ unionis donum obtinuit.

R. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: * Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ.
V. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Propterea.

Lectio vi.

UT meritum acceptissimæ sibi sponsæ Christus ostenderet, in corde Gertrudis jucundam sibi esse mansionem testatus est. Delparam Virginem veluti matrem, & curatricem à Jesu acceptam pietate præcipuâ prosequébatur; ab eaque multa accepit beneficia. Erga divinissimum Euchariæ Sacramentum, & passionem Dômini tanto amore cum grati animi sensu afficiebatur, ut interdum uberiores lacrymis perfunderetur. Justorum animas piacularibus flammis addictas quotidianis subsidiis, & præcibus juvabat. Multa ad conservandam pietatem scripsit. Divinarum etiam revelationum, & prophetie dono claudit. Denique flagrantissimo Dei amore potius quam morbo languescens, anno Dômini millesimo ducentésimo nonagésimo secundo vitæ decessit. Miraculis vivens, & post mortem à Deo illustrata est.

R. Afferentur Regi virgines post eam, proximæ ejus * Afferentur tibi in lætitia & exultatione. **V.** Spécie tuâ & pulchritudine tuâ intendere, prospere procedere, & regna. Afferentur. Glória Patri. Afferentur tibi.

In

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Gregorii Papæ in Evangelium Simile erit regnum cœlorum, de eodem Communi. lxxv.

DIE XVII. NOVEMBRIS.

In Festo S. Gregorii Thaumaturgi Episcopi & Confessoris. Semicduplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, xli. præter sequentia. Oratio.

DA, quæsumus omnipotens Deus; ut beati Gregorii Confessoris tui atque Pontificis veneranda solemnitas, & devotionem nobis auget & salutem. Per Dôminum.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Gregorius, Neocæsarææ Pontifex, sanctitate doctrinæque illustris, signis verò ac miraculis multò illustrior: quorum multitudine atque præstantiâ Thaumaturgus appellatus est, & Sancti Basilii testimonio cum Moyse, Prophète, & Apostolis comparatus, montem, qui Ecclesiæ ædificationem impediébat, oratione aliò transtulit. Item paludem, inter fratres causam discordiarum, exsiccavit. Lycum fluvium perniciosè agros inundantem, defixo ad ripam, quo sustentabatur, baculo, qui statim virentem crevit in arborem, coarctavit, ut postea ultra eum terminum non efflueret.

R. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocébit ei. Manus.

Lectio v.

Sæpissimè demones ex idolòrum simulacris, atque ex hominum corporibus eiecit; multaque alia mirabiliter eiecit, quibus innumera-

biles homines traxit ad Jesu Christi fidem, cum etiam prophético spiritu futura prædiceret. Qui migraturus è vita, cum quæsisset, quot in civitate Neocæsariensi reliqui essent infidèles, responsūque esset, tantum esse septemdecim: Deo gratias agens, totidem, inquit, erant fideles, cum cepi Episcopatum. Plura scripsit, quibus etiam, non solum miraculis, Dei Ecclesiam illustravit.

R. Pòsum adjutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus enim.

Sermo Sancti Maximi Episcopi. Ex Hom. 59. quæ est 2. de S. Eusebio.

Lectio vi.

Beati patris Gregorii mèrita jam in tuto posita securi magnificèmus: qui gubernaculum fidei viriliter tenens, anchoram spei tranquillâ jam in statione composuit, & plenam cœlestium divitiis & æternis mercedibus navem optato in litore collocavit: qui contra omnes adversarios scutum timoris Dei tandem infatigabiliter tenuit, donec ad victoriam perveniret. Quid enim fuit totus vitæ illius cursus, nisi unus cum vigili hoste conflictus?

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnistera doctrinâ ejus repleta est: * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Ipse intercedat. Glória Patri. Ipse intercedat.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundùm Marcum.

Lectio vii.

Cap. 11. c.

In illo tempore: Respondens Jesus discipulis suis, ait illis: Ha-

bc-

bete fidem Dei. Amen dico vobis, quia quicumque dixerit huic monti: Tollere, & mittere in mare, & non hesitaverit in corde suo, sed crediderit, quia quodcumque dixerit, fiat, fiet ei. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bede

Presbyteri.

Lib. 3. Comment. in Marc. cap. 11.

Solent Gentiles, qui contra Ecclesiam maledicta scripsere, impropere nostris, quod non haberint plenam fidem Dei, quia numquam montes transferre poterint. Quibus respondendum est, non omnia scripta esse, quae in Ecclesia sunt gesta, sicut etiam de factis ipsius Christi & Domini nostri Scriptura testatur. Unde & hoc quoque fieri potuisset, ut mons ablatus de terra mitteretur in mare, si necessitas id fieri poposcisset. Quomodo legimus factum precibus beati patris Gregorii Neocæsaree Pontif. Antistitis, viri meritis & virtutibus eximii, ut mons in terra tantum loco cederet, quantum incolae civitatis opus habebant.

R. Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam glorie induit eum. **•** Et ad portas paradisi coronavit eum. **•** Induit eum Dominus lorica fidei, & ornavit eum. Et ad portas.

Lectio viij.

Cum enim volens edificare Ecclesiam in loco apto, videret eum angustiore esse, quam res exigebat, eo quod ex una parte rupe maris, ex alia monte proximo coarctaretur; venit nocte ad locum, & genibus flexis admouit Dominum promissionis suae, ut montem longius juxta fidem petentis ageret. Et mane facto reversus invenit montem tantum spatii reliquisse structoribus Ecclesiae, quantum

opus haberant. Poterat ergo hic, poterat alius quis ejusdem meriti vir, si opportunitas exegisset, impetrare a Domino merito fidei, ut etiam mons tolleretur, & mitteretur in mare.

R. Sint lumbi vestri praecincti, & lucernae ardentes in manibus vestris: **•** Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis. **•** Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Et vos similes. Gloria Patri. Et vos.

Lectio ix.

Verum quia montis nomine nonnumquam diabolus significatur, videlicet propter superbiam, qua se contra Deum erigit, & esse vult similis Altissimo; mons ad praecipitum eorum, qui fortes fidei sunt, tollitur de terra, & in mare projicitur, cum praedicantibus verbum doctoribus sanctis, immundus spiritus ab eorum corde repellitur, qui ad vitam sunt praedestinati, & in turbulentis amarisque infidelium mentibus vesaniam suae tyrannidis exercere permittitur.

Te Deum laudamus. 12.

Vesperae de sequenti Festo Dedicationis, cum Commem. S. Gregorii, Antiphona. Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam glorie induit eum, & ad portas paradisi coronavit eum. **•** Justum deduxit Dominus per vias rectas. **•** Et ostendit illi regnum Dei.

Oratio. Da quaesumus omnipotens, ut supra. 735.

DIE XVIII. NOVEMBRIS.

In Dedicatione Basilicarum Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli. Duplex.

Omnia de Communi Dedicationis Ecclesiae, xcj. praeter Lectiones.

In

In primo Nocturno.

Ex libro Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

Lectio j.

ET erat structura muri ejus ex lapide jaspide: ipsa vero civitas atrum mundum, simile vitro mundo. Et fundamenta muri civitatis omni lapide pretioso ornata. Fundamentum primum, jaspis: secundum, sapphirus: tertium, chalcedonius: quartum, smaragdus: quintum, sardonius: sextum, sardius: septimum, chrysolithus: octavum, beryllus: nonum, topazius: decimum, chrysoprasus: undecimum, hyacinthus: duodecimum, amethystus.

R. In Dedicatione templi decantabat populus laudem: **•** Et in ore eorum dulcis resonabat sonus. **•** Fundata est domus Domini supra verticem montium, & venit ad eam omnes Gentes. Et in ore.

Lectio ij.

ET duodecim portae, duodecim margaritae sunt, per singulas: & singulae portae erant ex singulis margaritis: & platea civitatis atrum mundum, tanquam vitrum perlucidum. Et templum non vidi in ea. Dominus enim Deus omnipotens templum illius est, & Agnus. Et civitas non eget sole, neque luna, ut luceant in ea. Nam claritas Dei illuminavit eam, & lucerna ejus est Agnus.

R. Fundata est domus Domini supra verticem montium, & exaltata est super omnes colles: **•** Et venit ad eam omnes Gentes, & dicent, Gloria tibi Domine. **•** Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Et venit.

Lectio iij.

ET ambulabunt Gentes in lumine ejus, & reges terrae afferent gloriam suam & honorem in

Parte Istius.

illam. Et portae ejus non claudentur per diem: nox enim non erit illic. Et afferent gloriam & honorem Gentium in illam. Non intrabit in eam aliquod coquinatum, aut abominationem faciens, & mendacium, nisi qui scripti sunt in libro vitae Agni.

R. Benedic Domine domum istam, quam edificavi nomini tuo, venientium in loco isto: **•** Exaudi preces in excelso solio gloriae tuae. **•** Domine, si conversus fuerit populus tuus, & oraverit ad sanctuarium tuum. Exaudi. Gloria Patri. Exaudi.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

EX locis sacris, qui olim apud Christianos venerationem habuerunt, illa celeberrima & frequentissima fuerunt, in quibus condita Sanctorum corpora, vel aliquod Martyrum vestigium, aut monumentum esset. In quorum numero sanctorum locorum, in primis semper fuit insignis ea Vaticani pars, quam Sancti Petri confessionem appellabant. Nam eo Christiani ex omnibus orbis terrae partibus, tanquam ad fidei petram, & Ecclesiae fundamentum convenientes, locum Principis Apostolorum sepulchro consecratum, summam religionem ac pietatem venerantur.

R. Orantibus in loco isto, **•** Dimitte peccata populi tui Deus, & ostende eis viam bonam, per quam ambulent, & da gloriam in loco isto. **•** Qui regis Israel intende, qui deducis velut ovem Joseph, qui sedes super Cherubim. Dimitte.

Lectio v.

Illuc Constantinus Magnus Imperator octavo die post susceptum baptismum venit, depositoque diademate, & humi jacens, vim lacrymarum profudit: mox sumpto ligone ac bidente, terram eruit:

Aaa

in-

indèque duodecim terræ cōbinis, honoris causâ duodecim Apostolorum, ablatis, ac loco Basilicæ Principis Apostolorum designato, Ecclesiam ædificavit. Quam Sanctus Sylvester Papa Décimo quarto Kalendas Decembris, eo modo, quo Lateranensem Ecclesiam quinto Idus Novembris consecraverat, edicavit: & in ea altare lapideum chrismate delibūtum erexit, atque ex eo tempore sanctvit, ne deinceps altaria nisi ex lapide fierent. Eandem Basilicam vetustate jam pridem collabentem, ac propterea multorum Pontificum pietate latius ac magnificentius à fundamentis erectam, Urbanus Octavus eadem die recurrente anni millesimi sexcentissimi vigésimi sexti solenni ritu consecravit.

R. O quam metuendus est locus iste! Verè non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cœli. **V.** Hæc est domus Dòmini firmiter ædificata, benè fundata est supra firmam petram. Verè.

Lectio vj.

Idem beatus Sylvester Basilicam Sancti Pauli Apostoli viâ Ostiensis ab eodem Constantino Imperatore magnificentissime ædificatam dedicavit. Quas Basilicas Imperator multis prædiis attributis locupletavit, ac munèribus amplissimis exornavit. Cujus Imperatoris tantus fuit ardor religionis, ut delictis idolorum templis, multas ubique terrarum extruxerit Ecclesias, & præcipuè Romæ: in quibus fuerunt Basilica Sanctæ Crucis ac Jerusalem in agro Sessoriano, Sancti Laurentii extra muros in agro Verano, Sanctorum Petri, & Marcellini viâ Lavicana, aliaque permulta.

R. Manè surgens Jacob erigebat lapidem in titulum, fundens oleum desuper, votum vovit Domino:

* Verè locus iste sanctus est, & ego nesciebam. **V.** Cùmque evigilasset Jacob de somno, ait. Verè locus. Glória Patri. Verè locus.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. *Cap. 19.*
In illo tempore: Ingressus Jesus perambulabat Jericho. Et ecce vir nomine Zachæus: & hic princeps erat publicanorum, & ipse dives. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorii Papæ.

Lib. 27. Moral. cap. 27. post medium.
Si veraciter sapientes esse, atque ipsam sapientiam contemplari appetimus, stultos nos humiliter cognoscamus. Relinquamus noxium sapientiam, discamus laudabilem fatuitatem. Hinc quippe scriptum est: Stulta mundi elegit Deus, ut confundat sapientes. Hinc rursum dicitur: Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat, ut sit sapiens. Hinc Evangelicæ historiæ verba testantur: quia Zachæus cùm videre præ turba nihil posset, sycómori arborem ascendit, ut transeuntem Dòminum cerneret. Sycómorus quippe ficus fatua dicitur.

R. Domus mea, domus orationis vocabitur, dicit Dòminus in ea omnis qui petit, accipit: & qui querit, invenit: * Et pulsanti aperitur. **V.** Petite, & accipietis: querite, & invenietis. Et pulsanti. **Benedictio.** Divinum auxilium.

Lectio vij.

Pusillus itaque Zachæus sycómorum sibiit, & Dòminum vidit: quia qui mundi stultitiam humiliter eligunt, ipsi Dei sapientiam subtiliter contemplantur. Pusillitatem namque nostram ad videndum Dòminum turba præpedit: quia infirmitatem humane mentis, ne lucem

Oratio.

TUorum corda fidélium Deus miserator illústra: & beatæ Elisabeth præcibus gloriósis fac nos prospera mundi despiciere, & cœlestis semper consolatione gaudere. Per Dòminum.

Deinde fit Commemoratio Dedicacionis, ut in Comuni Dedicacionis Ecclesie. **cxix.**

Postea S. Pontiani Papæ & Mart.

Añã. Iste Sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, & à verbis impiòrum non timuit: fundatus enim erat supra firmam petram. **V.** Gloriã & honore coronasti eum Dòmine. **R.** Et constituisti eum super ópera manuum tuarum.

Oratio.

Infirmatè nostram respice omnipotens Deus: & quia pondus propriæ actionis gravat, beati Pontiani Martyris tui atque Pontificis intercessio gloriósa nos protegat. Per Dòminum nostrum.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Elisabeth, Andræ Regis Hungariæ filia, ab infántia Deum timere cepit; & crescens ætate, crevit etiam pietate. Ludovico Lantgrávio Hassiæ & Thuringiæ in cónjugem copulata, non minorí curâ quæ Dei, quam quæ viri sui erant, exequabatur. Surgens enim nocturno tempore, orationi diu incubebat; ac variis misericordiæ officiis dedita, viduis, pupillis, ægróis, egéntibus sedulo inserviebat; gravique fame urgente, domus suæ frumenta liberaliter erogabat. Leprosos hospitio suscipiens, manus eorum & pedes osculabatur. Curandis autem & alendis pauperibus insigne Xenodóchium construxit.

Te Deum laudamus. 12.

Vesperæ à Capitulo de S. Elisabeth, cum Commem. Dedicacionis, & S. Pontiani Papæ & Mart.

DIE XIX. NOVEMBRIS.

In Festo S. Elisabeth Viduæ.

Duplex.

Omnia de Communi Sanctarum nec Virginum nec Martyrum, lxxx. præter ea quæ hic habentur.

R. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: Et deducet te mirabiliter dextera tua. **V.** Specie tua & pulchritudine tua intendere, prospere procedere, & regna. Et deducet.

Lectio v.

Deffuncto conjuge, ut Deo liberius serviret, depositis omnibus secularis gloriae indumentis, sili tunicam induit, ad quem Ordinem Pœnitentium Sancti Francisci ingressa, patientiæ & humilitatis virtute maxime eniuit. Nam bonis omnibus exiit, à propriis ædibus eiecit, ab omnibus derelicta, contumelias, irrisiones, obrectationes invicto animo toleravit; adeo ut summopere gauderet, se talia pro Deo pati. Ad infima quæque ministeria erga pauperes & ægrôtos se abiciens, eis necessaria procurabat, solis uleribus & leguminibus pro suo victu contenta.

R. Dilixisti iustitiam, & odisti iniquitatem: Propterea unxit te Deus tuus oleo lætitiæ. **V.** Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam. Propterea.

Lectio vi.

Cum vero in his alisque plurimis sanctis operibus vitam religiosissimè transgessisset, finis tandem suæ peregrinationis advenit, quem domesticis suis antè prædixit. Cùmque defixis in cœlum oculis divinæ contemplationi vacaret, à Deo mirabiliter recreata, & Sacramentis refecta, obdormivit in Dômino. Statimque plurima ad ejus tumulum miracula patrata sunt. Quibus auditis, & ritè probatis, Gregorius Nonus Sanctorum numero eam adscripsit.

R. Fallax gratia, & vana est pulchritudo: Mulier timens Deum, ipsa laudabitur. **V.** Date ei de

fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera ejus. Mulier. Gloria Patri. Mulier.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio viij. Cap. 13. f.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorii Papæ.

Homilia 11. in Evangelia.

Cœlorum regnum, fratres charissimi, idcirco terrenis rebus simile dicitur, ut ex his quæ animus novit, surgat ad incognita quæ non novit: quatenus exemplo visibilium se ad invisibilia rapiat, & per ea, quæ usu didicit, quasi confricatus incalcescat: ut per hoc, quod scit notum diligere, discat, & incognita amare. Ecce enim cœlorum regnum thesauro abscondito in agro comparatur: quem qui invenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit universa quæ habet, & emit agrum illum.

R. Os suum aperuit sapientiæ, & lex clementiæ in lingua ejus: consideravit semitas domus suæ: Et panem otiosa non comedit. **V.** Gustavit, & vidit, quia bona est negotiatio ejus, non extinguetur in nocte lucerna ejus. Et panem. **Benedictio.** Cujus festum cœlimus, ipsa.

Lectio viij.

Qua in re hoc quoque notandum est, quod inventus thesaurus absconditur, ut servetur: quia stodium cœlestis desiderii à malignis spiritibus custodire non sufficit, qui hoc ab humanis laudibus non abscondit. In præsentem vitam, quasi in via sumus, quâ ad patriam pergitur. Maligai

au-

autem spiritus iter nostrum quasi quidam latrunculi obsident. Deprædare ergo desiderat, qui thesaurum publice portat in via. Hoc autem dico, non ut proximi opera nostra bona non videant, cum scriptum sit: Videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est: sed ut per hoc quod agimus, laudes exteriis non quaeramus. Sic autem sit opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto: ut & de bono opere proximi præbeamus exemplum, & tamen per intentionem, quâ Deo soli placere quaerimus, semper optemus secretum.

R. Regnum mundi, & omnem ornatum sæculi contempsit propter amorem Dômini mei Jesu Christi: Quem vidi, quem amavi, in quem credidi, quem dilexi. **V.** Erucavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi. Quem vidi. Gloria Patri. Quem vidi. **Benedictio.** Ad societatem.

Pro Sancto Pontiano.

Lectio ix.

Pontianus Romanus præfuit Ecclesiæ Alexandro Imperatore: qui sanctum Pontificem propter Christianam fidei confessionem, in Sardiniam insulam cum Hippolyto Presbytero relegavit. Ubi is pro Christi fide multis calamitatibus afflictus, decimo tertio Kalendas Decembris è vita migravit. Ejus corpus Fabiano Pontifice, cum clero Romam delatum, in cœmetério Callisti viâ Appiæ sepellitur. Sedit annos quatuor, menses quatuor, dies viginti quinque. Fecit Ordinationes duas mense Decembris, quibus creavit Presbyteros sex, Diaconos quinque, Episcopos per diversa loca sex.

Te Deum laudamus. 12.

In Laudibus fit Commemoratio

S. Pontiani, Antiphona. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. **V.** Justus, ut palma florêbit. **R.** Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio. Infirmittatem nostram, ut supra. 739.

Vesperæ à Capitulo de sequenti, cum Commemoratione præcedentis.

DIE XX. NOVEMBRIS.

In Festo Sancti Felicis de Valois Confessoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, IV. exceptis his quæ hic sunt propria.

In Hymno. Iste Confessor, dicitur: Hac die lætus meruit supremos laudis honores. **Oratio.**

Deus, qui beatum Felicem Confessorem tuum ex eremo ad munus redimendi captivos coactus vocare dignatus es: præstet quæsumus; ut per gratiam tuam à peccatorum nostrorum captivitate ejus intercessione liberati, ad cœlestem patriam perducamur. Per Dôminum.

Deinde fit Commemoratio Sanctæ Elisabeth Viduæ.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundis.

Lectio.

Felice ante dictus, ex regali Valesiorum familia ortus in Gallia, ab ineunte ætate non lævia dedit futuræ sanctitatis indicia, præsertim misericordiæ erga pauperes: nam adhuc infans, manus propria, ac si gradior esset, & judicii maturitate polleret, nummos egenis distribuit. Jam grandis ætatis, solæbat ex appositis in mensa dâpibus ad ipsos mittere, & fermè eo, quod sapidus erat, obsônio pauperulos pueros recreabat.

Aaa 3

bat.

bat. Adolēscens non semel vēstibus se expoliāvit, ut inopes cooperiret. Ab avinculo Theobaldo, Xamphānae & Blési Comite, vitam reo mortis imperāvit, pradicens hunc infamem, hāctenus sicārum, mox sanctissimis praditum mōribus evasurum: veridicum testimonium monstrāvit evēntus.

R. Honēstum fecit illum Dōminus, & custodivit eum ab inimicis, & a seductōribus tutāvit illum: Et dedit illi claritatem aeternam. **V.** Justum deduxit Dōminus per vias rectas, & ostēdit illi regnum Dei. Er.

Lectio v.

Post exactam laudabiliter adolēscēntiam, cepit ex caelēstis contemplationis studio solitudinem cogitare; prius tamen voluit sacris initiari, ut omnem regni, a cujus successione jure Legis Sālicae non longe distabat, spem sibi praecideret. Sacerdos factus, & primā Missā devotissime celebratā, non multo post in erēmum secēssit, ubi summā abstinētiā victitans, caelēstium charismatum abundantia pascebatur. Ibi cum Sancto Joanne de Matha Parisiensi Doctore, a quo ex divina inspiratione quaesitus, & inventus, per aliquot annos sanctissime vixit; donec ambo per Angelum a Deo admōniti, Romam perierunt, specialem a Summo Pontifice vivēdi regulam impetratori. Factā igitur Innocēntio Papae Tertiō inter Missarum solēnnia revelatione Religiosis, & Institutū de redivēndis captivis, ab ipso Pontifice, simul cum socio candidis vēstibus, bicolōri cruce signatis, induit, ad eam formam, quā Angelus indūtus apparuit: & insuper voluit Pontifex, ut nova Religio juxta triplicem colorem, quo habitus constat, Sanctissimae Trinitatis titulo decoraretur.

R. Amāvit eum Dōminus, & ornāvit eum: stolam glorie induit eum. **Et** ad portas paradisi coronāvit eum. **V.** Induit eum Dōminus lorricam fidei, & ornāvit eum. Et.

Lectio vi

Regulā prōpriā ex Summi Pontificis Innocēntii confirmatiōne acceptā, in Diocesi Meldēnsi apud locum, qui Cervus Frigidus dicitur, primum Ordinis paulo antē a se & socio extractum Cenōbium ampliāvit, ubi religiōsam observāntiam, & redemptiōnis Institutum mirifice coluit, ac inde per alūmnos in alias provincias diligentissime propagāvit. Illūstrem hic a beata Virgine matre favorem accepit: dormiēntibus siquidem cunctis fratribus, & ad matutinas preces in pervigilio Nativitatis Dei parā mediā nocte recitandas, Deo sic disponēnte, non surgēntibus, Felix de more vigilans, & horas praevēniens, chorum ingressus, reperit beatam Virginem in medio chori habitu cruce Ordinis insignito indūtā, ac Caelitibus similiter indūtā sociatā. Quibus permixtus Felix, praecinēnte Deiparā, laudes divinas concinuit, ritēque persolvit. Et quasi jam a terrēstri ad caelēstem chorum evocarētur instāntis mortis ab Angelo certior factus, filios ad charitatem erga pauperes & captivos adhortans, animam Deo reddidit, etate ac mēritis consummātus, anno post Christum natum ducentesimo duodēcimo supra millesimum, sub eodem Pontifice Innocēntio Tertiō.

R. Iste homo perfecit omnia que locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrederere in requiem meam: **Quia** te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervēnit ad caelēstia regna. Quia te vidi. Glōria Patri. Quia.

In

In tertio Nocturno, Homilia venerabilis Beatae Presbyteri in Evangelium Nolite timere pusillus grex, de Communi Confessoris non Pontificis. **Lxxv.**

Vesperae de sequenti, cum Commemoratione praecedentis.

DIE XXI. NOVEMBRIS.

In Festo Praesentationis B. Mariae Virginis. Duplex.

Ad Vesperas, Antiphona. Dum esset Rex, cum reliquis Antiphonis & Psalmis, ut in Officio parvo beatae Mariae. cxvj. Capitulum. Ab initio. Hymnus. Ave maris stella cxix. **V.** Dignare me laudare te, Virgo sacra. **R.** Da mihi virtutem contra hostes tuos.

Ad Magnificat, Antiphona.

Beata Dei Genitrix Maria, virgo perpetua, templum Domini, sacramentum Spiritus sancti, sola sine exemplo placuisti Domino nostro Jesu Christo, alleluia.

Oratio.

Deus, qui beatam Mariam semper Virginem, Spiritus sancti habitaculum, hodierna die in templo presentari voluisti: praesentem quesumus; ut ejus intercessione in templo gloriae tuae presentari mereamur. Per Dominum. In unitate ejusdem.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Sancta Maria Dei Genitrix Virgo, **Intercede** pro nobis. **Psalm.** Venite, exultemus. **1.** Hymnus. Quem terra, Antiphonae, Psalmi, & **VV.** Nocturnorum, ut in Officio parvo ejusdem beatae Mariae. cxix.

In primo Nocturno.

R. Specie tua & pulchritudine tua. **R.** Intende, prosperere procede, & regna.

De Parabolis Salomonis.

Lectio i. Cap. 8. b & g.

Ego sapientiam habito in consilio, & eruditus intersum co-

gitationibus. Timor Domini odit malum: arrogantiam, & superbiam, & viam pravam, & os bilique detestor. Meum est consilium, & aequitas, mea est prudentia, mea est fortitudo. Per me reges regnant, & legum conditores iustitiam decernunt. Per me principes imperant, & potentes decernunt iustitiam. Ego diligentes me diligo: & qui mane vigilat ad me, invenient me.

R. Sancta & immaculata virginitas, quibus te laudibus effera, nescio: **Quia** quem caeli capere non poterant, tuo gremio contulisti. **V.** Benedicta tu in mulieribus. & benedictus fructus ventris tui. Quia quem.

Lectio ii.

Mecum sunt divitiae, & gloria, opes superbae, & iustitia. Melior est enim fructus meus auro, & lapide pretioso, & gemina mea argento electo. In viis iustitiae ambulabo, in medio semitarum iudicii, ut ditem diligentes me, & thesauros eorum repleam. Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio. Ab aeterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, & ego jam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperant: necdum montes gravi mole constiterant: ante colles ego parturiebar.

R. Congratulamini mihi omnes qui diligitis Dominum, quia cum essem parvula, placui Altissimo: **Et** de meis visceribus genui Deum & hominem. **V.** Beatum me dicent omnes generationes, quia ancillam humilem respexit Deus. Et de meis visceribus.

Lectio iii.

Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quoti-

tidie: & observat ad postes ostii mei. Qui me invenerit, inveniet vitam, & habiet salutem in Domino: qui autem in me peccaverit, lædet animam suam. Omnes, qui me oderunt, diligunt mortem. Sapientia edificavit sibi domum, exidit columnas septem. Immolavit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam. Misit ancillas suas ut vocarent ad arcem, & ad mœnia civitatis: Si quis est parvulus, veniat ad me. Et insipientibus locuta est: Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis.

B. Beata es Virgo Maria, quæ Dominum portasti Creatorem mundi: **G.** Genuisti, qui te fecit, & in æternum permanes virgo. **V.** Ave Maria, grãtia plena: Dominus tecum. **G.** Genuisti. Glõria Patri. Genuisti.

In secundo Nocturno.

V. Aduvabit eam Deus vultu suo. **R.** Deus in medio ejus, non commovebitur.

Ex libro Sancti Joãnis Damasceni de Fide orthodoxa.

Lectio iv.

Lib. 4. cap. 15.
Toachim lectissimam illam, ac summis laudibus dignam mulierem Annam, matrimonio sibi copulavit. Verum, quemadmodum prisca illa Anna, cum sterilitatis morbo laboraret, per orationem ac promissionem Samuelem procreavit; eodem modo hæc etiam per obsecrationem & promissionem Dei Genitricem à Deo accepit, ut ne hic quoque cuiquam ex illis tribus matronis cederet. Itaque grãtia (nam hoc sonat Annæ vocabulum) Dominam parit: (id enim Mariæ nómine significatur) verè æterni rerum omnium conditãram Dominam facta est, cum Creatoris mater exiit. In lucem autem editur in domo probaticæ Joachim, atque ad

templum adducitur, ac deinde in domo Dei plantata, atque per Spiritum saginata, instar olivæ frugiferæ virtutum omnium domicilium efficitur: ut quæ videlicet ab omni hujus vitæ & carnis concupiscentia mente abstraxisset, atque ita virginem unã cum corpore animam conservasset, ut eam decēbat, quæ Deum sinu suo exceptura erat.

R. Sicut cedrus exaltata sum in Libano, & sicut cyprèssus in monte Sion: quasi myrrha electa. **V.** Dedi suavitatem odoris. **R.** Et sicut cinnamomum & balsamum aromatizans. Dedi suavitatem.

Ex libro Sancti Ambrósii Episcopi de Virginibus.

Lectio v.

Lib. 2. post init.
Talis fuit Maria, ut ejus unius vita omnium sit disciplina. Si igitur auctor non displicet, opus probemus: ut quæcumque sibi ejus exoptat præmium, imitetur exemplum: Quantæ in una virgine species virtutum emicant! Secretum verecundia, vexillum fidei, devotionis obsequium: virgo intra domum, comes ad ministerium, mater ad templum. O quantis illa virginibus occurrerit! quantas complexa ad Dominum trahet, dicens: Hæc torum filii mei, hæc thalamos nuptiales immaculato servavit pudore.

R. Quæ est ista, quæ processit sicut sol, & formosa tamquam Jerusalem? **V.** Vidērunt eam filia Sion, & beatam dixerunt, & reginæ laudaverunt eam. **R.** Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, & lilia convallium. Vidērunt.

Lectio vi.

Quid ego exequar ciborum parsimoniam, officiorum redundantiam: alterum ultra naturam superfluisse, alterum penè ipsi naturæ defuisse? Illic nulla intermis-

sa tempora, hic congeminos jejuniis dies. Et si quando reficiendi successisset voluntas, cibis plerumque obvis, qui mortem arceret, non delicias ministraret. Dormire non prius cupiditas, quam necessitas fuit: & tamen cum quiesceret corpus, vigilaret animus: qui frequenter in somnis aut lecta repetit, aut somno interrupta continuat, aut disposita gerit, aut gerenda prænotiat.

R. Ornata monilibus filiam Jerusalem Dominus concipivit: **V.** Et videntes eam filia Sion, beatissimam prædicaverunt, dicentes: **R.** Unguentum effusum nomen tuum. **V.** Assit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. Et videntes, Glõria Patri. Unguentum.

In tertio Nocturno.

V. Elegit eam Deus, & prælegit eam. **R.** In tabernaculo suo habitare facit eam.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij.

Cap. 11. d.
In illo tempore: Loquente Jesu ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portavit. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

Lib. 4. cap. 49. in Luc. 11.

Magnæ devotionis & fidei hæc mulier ostenditur, quæ Scribis & Pharisæis Dominum tentantibus, simul & blasphemantibus, tantæ ejus incarnationem præ omnibus sinceritate cognoscit, tantâ fiduciâ confitetur, ut & præteritum procerum calumniam, & futurorum confundat hereticorum perfidiam. Nam sicut tunc Judæi, sancti Spiritus opera blasphemando, verum consubstantialémque Patri

Dei Filium negabant: sic hæretici postea negando, Mariam semper virginem, sancti Spiritus operante virtute, nascituro cum humanis membris unigenito Dei, carnis suæ materiam ministrasse, verum consubstantialémque patri filium hominis fatèri non debere dixerunt.

R. Felix namque es sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima: **V.** Quia ex te ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster. **V.** Ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto fœmineo sexu: sentiant omnes tuum juvamen, quicquid celebrant tuam sanctam Præsentationem. Quia ex te. **Benedictio.** Cujus vestigum cõlimus, ipsa Virgo virginum.

Lectio viij.

Sed si caro Verbi Dei secundum carnem nascentis à carne Virginis Matris pronuntiatur extranea, sine causa venter qui eam portasset, ubera quæ lactassent, beatificatur. Dicit autem Apóstolus: Quia misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Neque audiendū sunt, qui legendum putant: Natum ex muliere, factum sub lege; sed, factum ex muliere: quia conceptus ex utero virginali, carnem non de nihilo, non aliunde, sed matèra traxit: ex carne: aliòquin nec verè Filius hominis diceretur, qui originem non haberet ex homine. Et nos igitur his contra Eutychem dictis, extollamus vocem cum Ecclesiâ Catholica; cuius hæc mulier typum gessit, extollamus & mentem de medio turbamur, dicamusque Salvatoris: Beatus venter, qui te portavit, & ubera, quæ suxisti. Verè enim beata parens, quæ sicut quidam ait, enixa est puerpera Regem, qui cœlum terramque tenet per secula.

R. Beata me dicent omnes gente-

nerationes: Quia fecit mihi Dóminus magna qui potens est, & sanctum nomen ejus. **V.** Et misericordia ejus à progénie in progénies timéntibus eum. Quia fecit mihi Dóminus. Glória Patri. Quia.

Lectio ix.

Quinimodó beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt. Pulchre Salvátor attestatióni mulieris annuit, non eam tantimodó, quæ Verbum Dei corporáliter generáre meruerat, sed & omnes qui idem Verbum spirit liter auditu fidel concipere, & boni óperis custodiá vel in suo, vel in proximórum corde pátere, & quasi álere studuerint, asseverans esse beátos: quia & eadem Dei Génitrix, & indè quidem beata, quia Verbi incarnándi ministra facta est temporális, sed indè multo beátior, quia ejusdem semper amándi custos manebat aeterna.

Te Deum laudámus. 12.

AD LAUDES.

& per Horas, Antiphona.

Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suavitatis. **Psalmus.** Dominus regnavit, cum reliquis. 13. **Añs.** Laeva ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. **Añs.** Nigra sum, sed formósa, filia Jerusalem: idè dilèxit me Rex, & introduxit me in cubiculum suum. **Añs.** Jam hyems tránsiit, imber abíit & veni: surge amica mea, & veni. **Añs.** Speciosa facta es & suavis in deliciis tuis, Sancta Dei Génitrix.

Capitulum.

Ecclesi 24. b

Ab initio, & ante sæcula creata sum, & usque ad futurum sæculum non desinam, & in habitatióne sancta coram ipso ministrávi.

Hymnus.

O Gloriosa Virginum, Sublimis inter sidera,

Qui te creávit, párvulum Lactente nutris úbere. Quod Heva tristic ábstulit Tu reddis almo gérmine: Intrent ut astra fíebiles, Cœli recludis cárdines.

Tu Regis alti jánuas,

Et aula lucis fúlgida:

Vitam datam per Virginem

Gentes redemptæ pláudite.

Jesu, tibi sit glória,

Qui natus es de Virgine,

Cum Patre, & almo Spírítu

In sempiterna sæcula.

Amen.

V. Diffusa est grátia in lábiis tuis, **R.** Propterea benedixit te Deus in aeternum.

Ad Benedictus, Antiphona.

Beáta es María, quæ credidisti perficiénti in te, quæ dicta sunt tibi à Dómino, alleluia.

Oratio.

Deus, qui beátam Maríam semper virginem, Spírítus sancti habitáculum, hodiérna die in templo presentári voluisti: præsta quæsumus; ut ejus intercessiõe in templo glóriæ tuæ presentári mereámur. Per Dóminum. In unitate ejusdem Spírítus.

Ad Primam in B. brevi dicitur,

V. Qui natus es de María Virgine.

Ad Tertiam, Antiphona. Laeva

ejus. **Capitulum.** Ab initio, ut supra.

R. br. Spécie tua. * Et pulchritudine tua. Spécie tua. **V.** Intende, prospere procéde, & regna. Et pulchritudine. Glória Patri. Spécie tua.

V. Adjuvabit eam Deus vultu suo.

R. Deus in médio ejus, non commovebitur.

Ad Sextam, Antiphona.

Nigra sum.

Capitulum.

Ecclesi 24. b

ET sic in Sion firmata sum, & in civitate sanctificata simili-

ter

ter requiévi, & in Jerúsalem potestas mea. Et radicavi in pópulo honorificato, & in parte Dei mei hereditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea.

R. br. Adjuvabit eam. * Deus vultu suo. Adjuvabit. **V.** Deus in médio ejus, non commovebitur. Deus vultu. Glória Patri. Adjuvabit. **V.** Elégit eam Deus, & prælégit eam. **R.** In tabernáculo suo habitare facit eam.

Ad Nonam, Antiphona.

Speciosa.

Capitulum.

Ecclesi 24. b

In platéis sicut cinnamómum & balsamum aromatizans odorem dedi, quasi myrrha élcta dedi suavitatem odoris.

R. br. Elégit eam Deus, * Et prælégit eam. Elégit eam. **V.** In tabernáculo suo habitare facit eam. Et prælégit. Glória Patri. Elégit eam. **V.** Diffusa est grátia in lábiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in aeternum.

In secundis Vesperis omnia ut in primis. 743.

Et fit Commemoratio Festi sequentis, ut infra.

DIE XXII. NOVEMBRIS.

In Festo Sanctæ Cæciliæ Virginis & Martyris.

Duplex.

Si contigerit ob aliquam causam dici primas Vesperas hujus festi integras, tunc dicitur Antiphona Cantantibus órganis, cum reliquis de Laudibus. **Psalmi.** Capitulum, Hymnus & **V.** de Comuni Virginum, lxvij. **Añs.** ad Magnificat & Oratio, ut sequitur.

Antiphona. Est secretum Valeriáne, quod tibi volo dicere: Angelum Dei habebis amatorem, qui nimio zelo custodit corpus meum. **V.** Spécie tua & pulchritudine tuá. **R.** Intende, prospere procéde, & regna.

Oratio.

Deus, qui nos annuá beátæ Cæciliæ Virginis & Mártiris tuæ solemnitate lætificas: da, ut quam venerámur officio, etiam piæ conversatiónis sequámur exemplo. Per Dóminum nostrum.

Ad Martinum, Invitatorium. Regem Virginum Dóminum, * Venite, adoremus. **Psalmus.** Venite, exultémus. 1.

Hymnus.

Virginis Proles, Opifexque Martris,

Virgo quem gessit, peperitque Virgo;

Virginis partos cánimus decórâ Morte triumphos.

Hæc enim palma duplícis beátâ Sorte, dum gessit fragili domâre Córporis scum, domuit cruentum Cæde tyrannum.

Undè nec mortem, nec amica mortis Mille pœnarum gênera expavescens,

Sanguine effuso méruit serenum Scandere cælum.

Hujus orátu Deus alme nobis

Débitas pœnas scelerum remittet;

Ut tibi puro resonemus alium Pectore carmen.

Sit decus Patri, genitæque Proli, Et tibi compar utriusque Virtus, Spírítus semper, Deus unus omni Temporis ævo. Amen.

In primo Nocturno, Antiphona. Cæcilia virgo Almáchium superabat, Tibúrtium & Valeriánium ad coronas vocabat. **Psalmus.** Dómine Dóminus noster, ut in Comuni Virginum. lxx. **Añs.** Expansis manibus orábat ad Dóminum, ut eam eriperet de inimicis. **Psalm.** Cœli enarrant. lxx. **Antiphona.** Cilicio Cæcilia membra domábat, Deum gemitibus exorábat. **Psalm.** Dómini est terra. lxx. **V.** Spécie tuá & pulchritudine tuá. **R.** Intende, prospere

pe-

perè procède, & regna. Pater noster. **Absolutio.** Exaudi. **V.** Jube domne. **Benedictio.** Benedictiōne perpetua.

De Epistola prima beati Pauli Apóstoli ad Corinthios.

Leccio j.

DE virginibus præceptum Dómini non habeo: consilium autem do, tamquam misericórdiam consecutus à Dómino, ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quóniam bonum est hómini sic esse. Alligatus es uxóri? noli querere solutiōnem. Solutus es ab uxóre? noli querere uxorem. Si autem accéperis uxorem, non peccasti. Et si nupsit virgo, non peccavit. Tribulatiōnem tamen carnis habebunt hujusmodi. Ego autem vobis parco. Hoc itaque dico, fratres: Tempus breve est: reliquum est, ut & qui habent uxores, tamquam non habentes sint: & qui gaudent, tamquam non gaudentes: & qui emunt, tamquam non possidentes: & qui utuntur hoc mundo, tamquam non utantur: præterit enim figura hujus mundi.

R. Cantantibus organis Cæcilia virgo in corde suo soli Dómino decantabat, dicens: * Fiat Dómine cor meum & corpus meum immaculatum, ut non confundar. **V.** Biduans & triduans jejuniis orans, commendabat Dómino quod timebat. Fiat Dómine. **Benedict.** Unigenitus Dei Filius.

Leccio ij.

Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxóre est, sollicitus est quæ Dómini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxóre est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxóri, & divisus est. Et mulier innup-

ta, & virgo cogitat quæ Dómini sunt, ut sit sancta corpore, & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Porro hoc ad utilitatem vestram dico: non ut laqueum vobis injiciam, sed ad id, quod honestum est, & quod facultatem præbeat sine impedimento Dóminum obsecrādi.

R. O beata Cæcilia, quæ duos fratres convertisti, Almáchium iudicem superasti. **V.** Urbānum Episcopum in vultu Angélico demonstrasti. **V.** Quasi apis argumentosa Dómino deservisti. Urbānum. **Benedictio.** Spiritus sancti grātia.

Leccio iij.

Si quis autem turpem se vidit existimat super virgine sua, quod sit superadulta, & ita oportet fieri: quod vult faciat: non peccat, si nubat. Nam qui statuit in corde suo firmus, non habent necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis, & hoc iudicavit in corde suo, servare virginem suam, bene facit. Igitur & qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit: & qui non jungit, melius facit. Mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius vivit. Quod si dormierit vir eius, liberata est: cui vult nubat, tantum in Dómino. Beatior autem erit si sic permanserit secundum meum consilium: pu- tuo autem quod & ego Spiritum Dei habeam.

R. Virgo gloriōsa semper Evangelium Christi gerēbat in pectore, & non diēbus neque noctibus vacabat. **V.** A colloquiis divinis & oratione. **V.** Expansis manibus orabat ad Dóminum, & cor ejus igne celesti ardēbat. A colloquiis. Glória Patri. A colloquiis.

In secundo Nocturno, Antiphona. Dómine Jesu Christe, seminātor cas-

casti consilii, suscipe seminum, fructus, quos in Cæcilia seminasti. **Psalm.** Eructavit. **Lxxij.** **Añs.** Beata Cæcilia dixit ad Tibúrtium: Hódie te fateor meum cognatum, quia amor Dei te fecit esse contemptorem idolorum. **Psalmus.** Deus noster refugium. **Lxxij.** **Añs.** Fiat Dómine cor meum & corpus meum immaculatum, ut non confundar. **Psalm.** Magnus Dóminus. **Lxxij.** **V.** Adjuvabit eam Deus vultu suo. **R.** Deus in medio ejus, non commovebitur. Pater noster. **Absolutio.** Ipsius pietas. **V.** Jube domne. **Benedictio.** Deus Pater omnipotens.

Leccio iv.

Cæcilia, virgo Romāna, nobili genere nata, à primæ ætate Christianæ fidei præceptis instituta, virginitatem suam Deo vovit. Sed cum postea contra suam voluntatem data esset in matrimonio Valeriano, primâ nuptiarum nocte hunc cum eo sermonem habuit: Ego, Valeriane, in Angeli tutela sum, qui virginitatem meam custodit: quare ne quid in me committas, quo ira Dei in te concitetur. Quibus verbis commotus Valerianus, illam attingere non est ausus: quin etiam addidit, se in Christum crediturum, si eum Angelum videret. Cui Cæcilia cum sine baptismo negare id fieri posse, incensus cupiditate videndi Angelum, se baptizari velle respondit. Quare hortatu virginis ad Urbānum Papam, qui propter persecutionem in Martyrum sepulchris viâ Appiâ lætabat, veniens, ab eo baptizatur.

R. Cilicio Cæcilia membra domabat, Deum gemitibus exorabat: **V.** Tibúrtium & Valerianum ad coronas vocabat. **V.** Hæc est virgo sapiens, & una de numero prudē-

tum. Tibúrtium. **Benedictio.** Christus perpetua.

Leccio v.

Indè ad Cæciliam reversus, orantem, & cum ea Angelum divino splendore fulgentem invenit. Quo aspectu obstupefactus, ut primam ex timore confirmatus est, Tibúrtium fratrem suum accersit: qui à Cæcilia Christi fide inbutus, & ab eodem Urbāno baptizatus, ipse etiam ejusdem Angeli, quem frater ejus viderat, aspectu dignatus est. Utérque autem paulò post Almáchio præfecto constanter martyrium subit. Qui mox Cæciliam comprehendendi imperat, ab eaque primam, ubi Tibúrtii & Valeriani facultates sint, exquirat.

R. Cæciliam intra cubiculum orantem invenit, & juxta eam stantem Angelum Dómini: **V.** Quem videns Valerianus nimio terrore correptus est. **V.** Angelus Dómini descendit de cælo, & lumen refulsit in habitaculo. Quem. **Benedictio.** Ignem sui amoris.

Leccio vj.

Cui cum virgo omnia illorum pauperibus distributa esse respondisset, eò furere concitatus est, ut eam in ipsius ædes reductam, in balneo comburi jussisset. Quo in loco cum diem noctemque ita fuisset, ut ne flamma quidem illam attingeret; eò immisus est carnifex, qui ter securi ictam, cum caput abscondere non potuisset, semivivam reliquit. Illa triduo post, decimo Kalendas Decembris, Alexandro Imperatore, duplici virginitatis & martyrii palma decorata, evolavit in cœlum: ejus corpus ab ipso Urbāno Papa in Callisti cœmeterio sepultum est, in ejus aditu Ecclesia ipsius Cæciliæ nomine consecrata. Ejus, & Urbani ac Lúci Pontificum, Tibúrtii, Valeriani, & Ma-

Máximi corpora à Pascháli Primo Pontifice indè translata in Urbem, in eadem Sanctæ Cæciliæ Ecclesiâ condita sunt.

R. Dómine Jesu Christe, pastor bone, seminátor casti consilii, suscipe séminum fructus, quos in Cæcilia seminasti: * Cæcilia famula tua quasi apis tibi argumentosa deservit. **V.** Nam sponsum, quem quæ leónem ferócem accepit, ad te quasi agnum mansuetissimum destinavit. Cæcilia. Glória Patri. Cæcilia.

In tertio Nocturno, Antiphona.
Crédimus Christum Filium Dei verum Deum esse, qui sibi talem elégit famulam. **Psalmus.** Cantate. **1.** lxxiv. **Añs.** Nos sciéntes sanctum nomen ejus omnino negare non póssumus. **Psalmus.** Dóminus regnavit. lxxiv. **Añs.** Tunc Valeríanus perrexit, & signo quod acceperat, invenit sanctum Urbánum. **Psalmus.** Cantate. **2.** lxxv. **V.** Elégit eam Deus, & prælégit eam. **R.** In tabernáculo suo habitare facit eam. Pater noster. **Absolutio.** A vinculis. **V.** Jube domne. **Benedictio.** Evangelica lectio.

Lectio sancti Evangelii secundum Mattheum.

Lectio vij.

Cap. 25.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile erit regnum cælorum hanc: decem virginibus: quæ accipientes lampades suas, exierunt obviam sponso & sponsæ. Et reliqua.

Homilia Sancti Joannis Chrysostomi.

Homilia 79. in Matth. post initium.

Quam ob causam in persona virginum hanc parabolam profert, nec qualemcumque personam sine discrimine subjicit? Magna quedam de virginitate dissererat, dicens: Sunt eunuchi,

qui seipsos castraverunt propter regnum cælorum: &, Qui potest capere, capiat. Nec ignorabat, de virginitate magnam esse vulgo existimationem, quippe cum sit ea res naturâ sublimis: quod indè patet, quia neque in veteri Testamento à priscis illis sanctisque viris culta fuit, & in novo nullâ legis necessitate jubetur: non enim id imperavit, sed fidélium voluntati permisit. Undè & Paulus ait: De virginibus autem præceptum Dómini non habeo: & laudo quidem eum, qui hoc sectatur institutum, nolentem autem non cogo, neque eam rem præceptum facio.

R. Beata Cæcilia dixit Tiburtio: Hódie te fateor meum esse cognatum, quia amor Dei te fecit esse, * Contemptorem idolórum. **V.** Sicut enim amor Dei mihi tuum fratrem conjugem fecit, ita te mihi cognatum fecit esse. Contemptorem. **Benedictio.** Cujus festum colimus.

Lectio viij.

Quoniam igitur & magna res erat, ac de ea apud multos magna erat existimatio; ne quis eâ perfectâ se totum perficere putaret, ac cætera negligeret, hanc parabolam pòsuit, ut ostenderet, virginitatem, quamvis cætera habeat, si misericordiâ bonis caruerit, cum fornicatoribus eji. Ac merito quidem inhumânâ ac misericordiâ caréntem cum illis collocat. Fornicator enim corporum; ista verò pecuniarum cupiditate vincuntur. Non est autem corporum & pecuniarum par cupiditas: sed æcrior multò, atque vehementior illa corporum est. Quanto igitur cum impbecilliore luctantur, tantò minus veniâ dignæ sunt, si vincantur. Idcirco etiam fatuas appellavit: quoniam majori certamine superato, in faciliore totum perdidérunt.

R.

R. Cæcilia me misit ad vos, ut ostendatis mihi sanctum Antistitem: * Quia ad ipsum habeo secretâ, quæ perferam. **V.** Tunc Valeríanus perrexit, & signo quod acceperat, invenit Sanctum Urbánum. Quia. Glória Patri. Quia. **Benedictio.** Ad societatem.

Lectio ix.

Lampades autem hoc loco illud ipsum virginitatis donum appellat, & sanctimoniam puritatem: óleum verò benignitatem, eleémósyam, impensum indigentibus auxilium. Tardante autem sponso, dormitaverunt omnes, & dormierunt. Non parvum temporis rursus spatium interjectum ostendit, ut discipulos regnum ipsius mox futurum expectantes, ab ea opinione dediceret: id enim illi sperabant, quapropter crebro ab hujusmodi spe revocat. Ad hoc, illud quoque indicat, somnum quemdam esse mortem. Dormierunt, inquit; mediâ autem nocte clamor factus est: vel, ut in eadem parabola persistat: vel rursus ostendit in nocte futuram esse resurrectionem. Clamorem etiam Paulus commemorat, dicens: In jussu, in voce Archangelii, in novissima tuba descendet de celo.

Te Deum laudamus. 12.

AD LAUDES,

& per Horas Antiphona.

Cantantibus organis Cæcilia Dómino decantabat, dicens: Fiat cor meum immaculatum, ut non confundar. **Psalmus.** Dóminus regnavit, cum reliquis. **13. Añs.** Valeríanus in cubiculo Cæciliam cum Angelo orantem invenit. **Añs.** Cæcilia famula tua, Dómine, quasi apis tibi argumentosa deservit. **Añs.** Benedico te Pater Domini mei Jesu Christi, quia per Filium tuum ignis extinctus est à latere

meo. **Añs.** Triduânas à Dómino popósci iudicias, ut domum meam Ecclesiám consecrarem.

Capitulum.

2. Cor. 10. d

Ratres, Qui gloriatur, in Dómino gloriatur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est: sed quem Deus commendat.

Hymnus.

Jesu, coróna Virginum, Quem mater illa concipit, Quæ sola virgo parturit, Hæc vota clemens accipe. Qui pergis inter lilia, Septis choréis virginum, Sponsus decórus glóriæ, Sponsisque reddens præmia. Quocumque tendis, Virgines Sequuntur, atque laudibus Post te canentes cûrsitant, Hymnósque dulces personant. Te deprecâmur supplices, Nostris ut addas sensibus, Nescire prorsus ómnia Corruptiónis vûlnera. Virtus, honor, laus, glória, Deo Patri cum Filio, Sancto simul Paráclito, In sæculórum sæcula. Amen.

V. Diffusa est grátia in labiis tuis.

R. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Ad Benedictus, Antiphona.
Dum auróra finem daret, Cæcilia exclamavit, dicens: Eja milites Christi, abjicite ópera tenebrarum, & induimini arma lucis.

Oratio.

Deus, qui nos annuâ beatae Cæciliæ Virginis & Martyris tuæ solemnitate laticifas: da, ut quam veneramus officio, etiam pie conversatiónis sequámur exemplo. Per Dóminum.

Ad Tertiam, Antiphona. Valeríanus. **Capitulum.** Fratres, Qui gloriatur, ut supra.

R.

R. br. Spécie tuâ • Et pulchritudine tuâ. Spécie tuâ. **V.** Intende, prospere procede, & regna. Et pulchritudine. Gloria Patri. Spécie tuâ. **V.** Adjuvabit eam Deus vultu suo. **R.** Deus in medio ejus, non commovebitur.

Ad Sextam, Antiphona.
Cæcilia famula tua.

Capitulum. 2. Cor. 11.

A Mulor enim vos Dei amulatione. Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo.

R. breve. Adjuvabit eam • Deus vultu suo. Adjuvabit. **V.** Deus in medio ejus, non commovebitur. Deus vultu. Gloria Patri. Adjuvabit. **V.** Elegit eam Deus, & praelégit eam. **R.** In tabernaculo suo habitare facit eam.

Ad Nonam, Antiphona.
Triduana.

Capitulum. Eceli 51. b

Domine Deus meus, exaltasti super terram habitationem meam, & pro morte defluente de precata sum. Invocavi Dominum Patrem Domini mei, ut non derelinquat me in die tribulationis meae, & in tempore superborum sine adiutorio.

R. breve. Elegit eam Deus, • Et praelégit eam. Elegit eam. **V.** In tabernaculo suo habitare facit eam. Et praelégit. Gloria Patri. Elegit eam. **V.** Diffusa est gratia in labiis tuis. **R.** Propterea benedixit Deus in æternum.

Ad Vesperas, Antiphona. Cantantibus organis, cum reliquis de Laudibus. 751. Psalmi de Virginitibus. Ixvij. **Capitulum.** Fratres, Qui gloriatur. **Hymnus.** Jesu, corona Virginum, ut supra in Laudibus. **V.** Diffusa est gratia in labiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in æternum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Virgo gloriosa semper Evangelium Christi gererat in pectore suo, & non diebus neque noctibus à colloquiis divinis & oratione cessabat.

Oratio. Deus qui nos, ut supra. 751.

Et fit Commemoratio Sancti Clementis, ut infra.

DIE XXIII. NOVEMBRIS.
In Festo Sancti Clementis Papæ & Martyris. Semiduplex.

Si ob aliquam causam contigerit primas Vesperashujus Festi integras dici, tunc dicitur **Añs.** **Orante Sancto Clemente, cum reliquis de Laudibus, ut infra.** **Psalmus.** Dixit Dominus, cum reliquis de Dominicis 94. & loco ultimi. **Laudate Dominum omnes Gentes.** 97. **Capit.** **Hymnus, & V.** de Comm. unius Mart. xvij. **Añs.** ad Magnificat, & **Oratio, ut sequitur.**

Antiphona. **Q**uemus omnes ad Dominum Jesum Christum, ut confessoribus suis fontis venam aperiat. **V.** Gloria & honore coronasti eum Domine. **R.** Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Oratio.

Deus, qui nos annua beati Clementis Martyris tui atque Pontificis sollemnitate lætificas: concede propitius, ut cujus natalicia colimus, virtutem quoque passionis imitemur. Per Dominum.

Postea fit Commemoratio S. Felicitatis Martyris, **Añs.** Simile est regnum celorum homini negotiatori querenti bonas margaritas: inventa una pretiosa, dedit omnia sua, & comparavit eam. **V.** Spécie tuâ & pulchritudine tuâ. **R.** Intende, prospere procede, & regna.

Oratio.

Ræsta, quæsumus omnipotens Deus: ut beate Felicitatis Martyris tuæ sollemnia recensentes, mé-

ri-

ritis ipsius protegámur, & precibus. Per Dominum nostrum.

Ad Matutinum, omnia usque ad Lectiones de Comuni unius Martyris. xvij.

In primo Nocturno.

De Actibus Apostolorum.

LECTIO j. Cap. 20. d

A Miléto Paulus mittens Ephesum, vocavit Majores natu Ecclesiæ. Qui cum venissent ad eum, & simul essent, dixit eis: Vos scitis à prima die, qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim, serviens Domino cum omni humilitate, & lacrymis, & tentationibus, quæ mihi acciderunt ex insidiis Judæorum: quomodo nihil subtraxerim utilium, quò minus annuntiarerem vobis, & docerem vos publice, & per domos, testificans Judæis, atque Gentilibus in Deum penitentiam, & fidem in Dominum nostrum Jesum Christum. Et nunc ecce alligatus ego spiritu, vado in Jerusalem, quæ in ea ventura sint mihi, ignorans: nisi quòd Spiritus sanctus per omnes civitates mihi protestatur, dicens: Quoniam vincula, & tribulationes Jerosolymis me manent. Sed nihil horum vereor: nec facio animam meam pretiosior quam me, dummodo consummem cursum meum, & ministerium verbi, quod accepi à Domino Jesu, testificari Evangelium gratiæ Dei.

R. **Orante Sancto Clemente, apparuit ei Agnus Dei:** • De sub ejus pede fons vivus emanat, fluminis imperus lætificat civitatem Dei. **V.** Vidi supra montem Agnum stantem. De sub.

LECTIO ij.

ET nunc ecce ego scio quia amplius non videbitis faciem meam vos omnes, per quos transivi prædicans regnum Dei. Quapro-

pter **ACTIVO.**

ter contestor vos hodierna die, quia mundus sum à sanguine omnium. Non enim subterfugi, quò minus annuntiarer omne consilium Dei vobis. Attendite vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo. Ego scio quoniam intrabam post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcetes gregi. Ex vobis ipsis exurgent viri loquentes perversa, ut abducant discipulos post se. Propter quòd vigilate, memoria retinentes: quoniam per triennium nocte & die non cessavi, cum lacrymis monens unumquemque vestrum.

R. Omnes una voce dixerunt: Ora pro nobis Sancte Clemens. • Ut digni efficiamur promissionibus Christi. **V.** Non meis meritis ad vos me misit Dominus vestris coronis participem fieri. Ut digni.

LECTIO iij.

ET nunc commendo vos Deo, & verbo gratiæ ipsius, qui potens est edificare, & dare hereditatem in sanctificationibus omnibus. Argentum, & aurum, aut vestem nullius concupivi, sicut ipsi scitis: quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecum sunt, ministraverunt manus istæ. Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi Domini Jesu, quoniam ipse dixit: Beatus est magis dare, quam accipere. Et cum hæc dixisset, positis genibus suis oravit cum omnibus illis. Magnus autem fletus factus est omnium: & procumbentes super collum Pauli, osculabantur eum, dolentes maxime in verbo, quòd dixerat, quoniam amplius faciem ejus non essent visuri. Et deducebant eum ad navem.

R. Dediti Domine habitaculum **Bbb** Mar-